

*hypothesi*, quod eum ordinem verum velit creare, quem re ipsa creare confisit, ei placet, absoluta que jam voluntate, vult, ut sit, quod ita libere futurum est; potestque non esse. Hac ratione Deus Optimus Maximus vult omnia bona, que per arbitrium nostrum sum futura non solum voluntate conditionali, si nos quoque ea velimus; sed etiam voluntate absoluta, quatenus ipsi praesidenti ea futura placent, eademque divina ejus, ac singularis bonitas per arbitrium nostrum intendit, ac vult. Quod autem hoc etiam voluntate absoluta Dei voluntas semper impletatur, ex eo est manifestum, quia nisi ut certitudini prescientie divina, quod ita res futuras per nostrum arbitrium, consequtiturque in Deo eandem prescientiam.

Et quæst. 22. art. 4. *Omnia*, quæ ab arbitrio creato pendent, sub quibus beatitudinem etiam, & merita comprehendimus, solum voluit Deus voluntate conditionali, si scilicet Homines, & Angeli idem quoque velint.

Quæst. 23. art. 4., & 5. disp. I. mem. II. Cum ergo, quod Deus de utroque non idem, sed contraria prescribit, dependens fuit ex eo, quod aergo corrum pro sua libertate erat facturus, qui si vellet, possent ipsa, quod fecerunt, non facere, fit, ut quod decreta illa ratione providenda, vel predefinitione ratione habuerint solum, vel providentia circa vitam eternam, dependens fuerit tanguam a conditione sine qua non ex eo, quod unusquisque eorum pro sua innata libertate erat facturus. Quod Deus ideo attitudine sui intellectus prævidit futurum, quia pro corrum libertate ita erat futurum, & non e contrario.

Et in Concordia quæst. 14. art. 13. disp. 22. Deus opera nostra bona moralia, que a cooperatione libera arbitrii nostri, & non a solo concursu Dei generali pendent ut existant, vult in primis voluntate conditionali, si, & nos pro nostra libertate ea velimus; ex pacto, quo vult omnes homines salvos fieri, si & ipsi velint. Previdens vero, quæ corrum pro nostra libertate sint futura, complacet in illis, quælibet ab soluta voluntate, ut sint.

Moline succinit Suarez lib. 2. Opusculorum cap. 3. Non oportet, inquit, ut Deus absoluta, & effectu voluntate velit, nostram voluntatem agere, ad hoc, quod ipsa agat; sed satis est, quod eam agere permittat, aut sinat, atque aude, ut velit eam agere non simpliciter, sed subintellige conditione, si ipsa velit. Dicitum bene? Si ipsa velit, Deo non agente, ut velit, sed finente duxata, ac permittente.

Pergit Moliniana doctrina Defensor: Docent, inquit, gratia se ipsa efficacis appugnatores, operari Deum in nobis boni operis perfectionem; quia nemo nobis bonum inspirat, faciendo voluntatem in nobis, atque nobiscum operatur, verum etiam, ut perficiamus adiutori gratia sua.

Qua gratia adiutor voluntatem? Novane, ac peculiari, quæ a præveniente distingit sit? Non video, inquit Molina in Concordia disp. 27. præter auxilium particulare gratia prævenientis, & concursu Dei generali, necessarium esse auxilium aliud particulare gratia, ut liberum arbitrium, aliquem illorum actum (creendi scilicet, sperandi, diligendi & posse) possit elicere. . . . Quare estea Deus quodcumque aliud particulare auxilium negaret, ex illis solis sequeretur effectus. Imo Theologia Moliniana principium est, gratiam adiuvantem, & cooperantem solo nomine a præveniente distinguunt, nil novi, quod a Deo sit, supradidisse, sed ob unam liberi arbitrii confessio nem eo titulo cohonestari. Illa eadem gratia, subjungit Molina &. Deinde, quæ liberum arbitrium prævenit, ac excitat ad actus, quibus se ad justificationem disponit, dicitur cooperans, si arbitrium cum ea consentiat, atque simul pro sua

libertate infusat. . . . Non sunt ergo distincte gratiae, præveniens, & cooperans, atque adiuvans, sed una, & eadem, quæ spectata antequam liberum arbitrium cum ea cooperetur, eliciatque actum liberum, per quem ad justificationem disponit, dicatur præveniens: spectata vero prout cooperante jam cum illa libero arbitrio, ipsa etiam cooperatur, & infusat in eundem actum, dicitur cooperans, & adiuvans. Quibus similius habet disp. 38. & ex dispensatione, & q. quarto. An non igitur illas ostentat Molinianus Actor, ac vani nominis umbram jactat, dum sicut illam cooperantem, & adiuvantem gratiam nobis obtrudit, quæ nihil libero arbitrio virtum addat, nil novi, quod a Deo sit, præ se ferat?

Stat nihilominus in incepto, suamque illo alio ex capite advocationem accommodat. Docent inquit, Dei opus esse, ut credamus in eum. Quia iuxta ipsos Deus ipso est, qui fidem inspirat, ac etiam desiderium fidei, idque plane gratuito: nobisque ad id misericordia sua gratiam preparat, qua nos certo credere facit, dum efficietur vult, ut credamus.

Quem sensum habeat tertium illud Moliniane Professionis caput, ex dictis compertum arbitror, dum de primo capite ageremus. Addiderim putare aliunde cum Molina principiis. In primis enim externa duxata adjumenta, gratiamque foris insonitam necessariam autem, ut quis absolute, & simpliciter credit, quamquam non, ut ad salutem oportet. In Concordia disp. 7. Propositio, & explicatio iiii, que credenda sunt, adhibitis instans argumentis, que afferri solent, ut homines merito sibi persuadeant, ex revelata esse a Deo, & iusta credi, & denique accidente externa vocazione ad fidem, per Concionatores, aliasque Ecclesiæ Ministros, in facultate liberi arbitrii est, cum solo concursu generali Dei, rebus propositis asservari. Quod Deus ideo attitudine sui intellectus prævidit futurum, quia pro corrum libertate ita erat futurum, & non e contrario.

Secundo, desiderium fidei, primosque ad eam impetrandum conatus, dispositiones, ac motus nudis naturæ viribus adscribit, disp. 9. Cum quis eductus fuerit, supernaturalem assensum esse ad salutem neccesarium, ex solis suis naturalibus operi ita credere, aut etiam conetur ex dono, & auxilio Dei supernaturali assistiri. Denique auxilium illud sibi donari petat, aut ad illud recipiendum fatigari se disponere. Et disp. 43. Pates liberum arbitrium possit (motu gratiae prævenientis) desiderare, & petere a Deo, & quodammodo se ipsum appare, & disponere, ut iuxta communem cursum, ac ordinem divinæ prædicationis facilis fibi a Deo donetur.

Tertio, prævenientem gratiam gratuita misericordia conferri, eo duxata sensu contendit, quod nullius ea meritum anteverter, non quod nulla eam dispositio, comatus, desiderium antecedit. Quod nedum laudatis modo testimonis liquet, verum etiam disp. 11. ubi peccato infidelitatis teneri docet illos ipsos, quos præveniens gratia non tangit, si forte Evangelio obluctentur, nec viribus suis naturalibus admittantur, quia Deus suo auxilio, & gratia preposto est, ad præveniendum in eodem instanti, quoscumque præviderit, ex suis naturalibus ad assensum conaturos. Cujus quidem doctrina summam probat Franciscus Suarez lib. 3. Opusculorum cap. 2. num. 6. tametsi verbis paulo mitioribus, quæque minus invidia patet, declarari velit. Non omniam, inquit, hoc loco advertere, quosdam Scholasticos, Doctores non ignobiles, aut recentiores tantum, sed etiam graves, & antiquos docuisse posse hominem per vires naturæ aliquid efficiere, quo primum gratia auxilium, seu primam vocationem obtineat, atque ita exposuisse illud:

tud: facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam, de illo, qui per vires liberi arbitrii, quod in se est, facit. Sed horum Theologorum sententia plus explicanda est, & non statim cum Semipelagianorum errore involvenda: habet enim Catholicum sensum, quamvis fortasse commodius, magisque sine occasione, aut velutio suppositionis, posset aliis verbis declarari. Studuerunt ergo hi Doctores Catholicæ sufficiant, & necessitate gratia declarant, inventore modum, quo sit in potestate hominis habere illam, etiam quod primum auxilium; quia aliqui non apparet, quomodo sit in potestate illius salutem obtainere, si non est in potestate illius eam inventare.

Ils vero natura comitibus, si minus ex operum merito, saltem ex lege, & pacto, gratiam prævenientem debitan esse, comminiscitur Ludovicus Molina disp. 10. Quocumque liberum arbitrium ex suis viribus naturalibus conatur, presto est ad conandum rotum id, quod ex seipso patet, tam circa ea, que fides habet addiscenda, & amplectenda, quam circa dolorem de peccatis, ac justificationem, a Deo confutare gratia prævenientis, auxiliare, quibus id faciat, ut ad salutem oportet. Et disput. 10. num. I. Inter leges, quas tam ipse Christus, quam Pater eternus statuerunt de auxiliis, & donis, que nobis Christus promovet, mere gratias conferendas, una, eaque ratione maxime consentanea fuit, ut quoies ex nostris viribus naturalibus conaturur facere quod in nobis est, presto nobis essent auxilia gratiae, quibus ea, ut oportet, ad salutem efficiemus. Cui calculum adiicit Suarez loco paulo ante laudato. Hinc vero, nullo medio interjecto. Hinc vero ulterius fit, quod si homo habens solum naturale lumen rationis, ita se geret, ut nullum novum impedimentum gratia adhibetur, in fallibiliter opportuno tempore auxilium, vel vaccinationem gratiae recuperet, non ex suo merito, sed ex generali illa liberalitate Dei, qua stat ad omnium opium, & pulsat. In hoc ergo sensu dixerunt illi Auctores, facient, quod in se est, Deum non negare gratiam: & clarius dicetur, non ponenti obicem, & impedimentum per id, quod ex se faceat, Deum ex sua liberalitate dare gratiam, quam bono promoveri non potest. Ita Suarez, cui non satis advertere libuit, quod habet Doctor Angelicus lib. 3. contra Gentes cap. 160. Illi, qui in peccato sunt, vitare non possunt per propriam potestatem, quin impedimentum gratiae presentem, vel ponant, nisi auxilio gratiae prævenientur. Quare totam illam lacivitatem ingenii fecerunt, Suresi Judicio contemptu, cum Semipelagianorum errore invenerunt Clerus Gallicanus, in celebre Censura lata in Comitiis generalibus anno 1700. cuius fragmentum representavimus in Additis ad Historiam nostram pag. 25.

Cætera Moliniana professionis capita, a Danièle ambitiosis elata, ex dictis interpretationem accipiunt, ne quem forte specioso fuso deludent. Docent, pergit ille, nihil nos sine Deo facere posse, quia omnem actum supernaturalem gratia, Dei effectum esse proficiunt: Alias ne minimum quidem pietatis actum edi posse contendunt. Speciolum id quidem: verum, quam illi gratiam velint, quibusve illam conditionibus illigent, dedimus manifestum.

Inquit, subiungit, cum D. Paulo, neminem posse dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto. Ac quemadmodum cum Tridentina Synodo proficerent, neminem free fidei professione, sive peccati detestatione in Deum posse converti, nisi eum divina misericordia præveniret, ita illud Christi Domini datum ingeminatur: Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus, qui misit me, traxerit eum. Quis sacra Scripturarum oracula non reverenter excusat?

(Apag. 93. ad 97.) Primum, ut vocat, gratia congrua fundamentum ponit, scientiam nempe futurorum, quæ a liberis conditionibus pendent, quam Deo inesse productis Scripturarum oracula planum facit.

## ANIMADVERSIO.

Quam turpiter hallucinetur Molinianus Disputator, dum suam illam futurorum scientiam, gratia congrua fundamentum communificatur, *Animadversione* 18., & 19. satis ostendimus. Gratiā congrua non nuda futurorum, quæ conditione suspensa sunt, scientia nisi, sed ea solum, quæ divino decreto prævia sit, vel ipsi Moliniana Schola tyronibus notum est. Hanc Deo infese, ni probet Daniel, ludit operam.

## XXXIII.

## LIBELLI SUMMA.

(*Pag. 95.*) Sientiam futurorum, quæ liberis conditionibus illigantur, quandam a Thomistis oppugnatam dicit, donec Molinianorum rationibus vieti, aliam pugnandi rationem inierint.

## ANIMADVERSIO.

Antiqua calumnia est millies confutata. Certe quod habitas de divinis auxiliis disputationes attingit, tantum absit, ut certa illic futurorum, quæ a liberis conditionibus pendent, notitiam Deo eruptam voluerint Schola Thomistica Professores, ut contra potius Bastidam, quem Daniel imitari gestit, in eo a fratre dognate inutiliter defudantem durius exigitant, tanquam qui a Thomistis (*Histor. de Auxil. lib. 3. capp. 38. & 39.*) negari fingeret, quod summo illi consensu fatebantur, eaque arte subdole moras nesceret, ne quis quantocutius Apostolico iudicio finiretur. Quapropter diffidat ab eo, alioque detorūm gravissimæ disputationis argumentum, ad legitimos cardines reduxerunt; ab eo capite disputationem exorsū: num que Deo inest certa futurorum, quæ conditionibus illigantur, notitia, decreto innixa sit, an illud et contrario anteverterat?

Straudet nobis calumnia occasionem arripiēre quandam alias Moliniani, quod futura conditione suspensa, non nisi ex conjectura dignoīci dicere aliqui de Schola Thomistica. At illos de conjecturali cognitione locutos esse palam est, non, quæ re ipsa in Deo fit, spedita ratione divini decreti, sed, quæ ipsi futuri contingentibus materialiter rautum, ut Schola loquatur, speditas debeat; prout scilicet in nuda causarum contingentium disputatione continentur, divini decreti, cuius ope noscuntur, confideratione seposita. Legendi ea de re Joannes a Sancto Thoma tom. I. in l. part. disp. 20. quest. 14. art. 1. & Seraphicus Piccinardus tom. 3. de Approbatione Doctoris Sancti Thomae lib. 7. quest. 1. art. 3.

## XXXIV.

## LIBELLI SUMMA.

(*Pag. 98. ad 104.*) Alterum gratia congrua fundamentum jacet, Deum nempe in decretis eiusdem, futurorum liberorum, quies est adjecta conditio, notitia regi. Quod ratione, & auctoritate probandum agreditur. Ratione quidem, quia si quacumque futurorum, & conditionum complexiones scientia hujus beneficio novit, haud dubitandum, quia ea, ad sua condenda decreta dirigatur. Maxime cum nec scientia simplicis intelligentia, qua nuda possibilia contemplatur, nec scientia vilioris, qua res duntas futuras, decretoque jam prefinitas novit, regi queat. Auctoritate vero, quia Sapientia cap. 4. creptum ex hac

Hec

*Hec est tota causa cur dictum est, a quocumque sit dictum: raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: Dictum est enim secundum pericula vite huic;*

**NON SECUNDUM PRÆSCIENTIAM DEI,**  
qui hoc prescrivit, quod futurum erat . . . id est, quod ei mortem immaturam fueras largitus, ut tentacionis subtraheretur incerto, non quod peccatus esset, qui manfusus in tentatione non esset. Quia loquendi ratione significat sanctissimum Praeful, Deum pueri immaturi aetate precepi peccatum ut futurum, si diutius viveret, minime cognovisse; sed solis spectatis facili periculis, teneram animulam futuri tentationibus subduxisse. Quod idem de contracto postremo persecutionis tempore sentiendum.

Demus nihilominus Daniell, quod optat, Deum futurum pueri, si diutius viveret, corruptionem, & futurum electorum, si persecutionis tempus prodduceretur, errore certissime prævidisse: Ad Scientiam Medianam confugere non est opus, qua isthac, necdum edito decreto, povererit. Satis Deo erit scientia immoto decreto nixa, quam visonis Theologorum vulgus appellat. Eodem quippe decreto, quo Deus perseverante donum, ad certum vita tempus pueri largiri constituit, eum, si diutius viveret, & viatia natura infinitata reliqueretur, tentationum impulsu vincendum, certissime novit. Non abfimiliter, quo decreto statuit Deus Electis Antichristi tempore victris, auxilium efficax impartiri, ad tot, talem duntaxat tentationes superandas, hoc ipso novit haud dubie, illos, si plures, majore tenetationes ingruerent, esse casuros.

Disjectis jam gratia congrua fundationis tota ruat necesse est moles incumbens, qua parte gratia se ipsa efficacis systemati adversatur.

## XXXV.

## LIBELLI SUMMA.

(*Pag. 105.*) A sacris Scripturis ad Ecclesiæ decisiones transitum facit; in quibus gratia se ipsa efficacis, nec nomen, nec definitionem inveniri, pro certo habet.

## ANIMADVERSIO.

De his dictum supra, *Animadversione* 16., & 17.

## XXXVI.

## LIBELLI SUMMA.

(*Pag. 107. 108. 109.*) Non videt, quibus Logica legibus gratia se ipsa efficax ex quarto Araucanæ Synodi Canone excusum possit: Si quis, ut a peccato purgetur, Deum voluntatem nostram expectare contendit; non autem, ut etiam purgari velimus, per Sancti Spiritus infusionem, & operationem in nobis fieri constitut, resiliit Spiritui Sancto per Salomonem dicens: Preparatus voluntas a Domino; & apostolo salutib[us] predicatori: Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate.

## ANIMADVERSIO.

Oculo, in quem Molinianus humor illapsus est, non licet esse tam acutum; purgato licet. Et quidem si gratia a se ipsa, seu ab omnipotenti Dei, cuius est instrumentum, efficaciam non haberet, sed eam a voluntate, sub certis circumstantiis constituta mutatur, nunquid suam ab ipsam efficaciam expectat? si autem a voluntate efficaciam expectat, annon Deus ab ea, ut purgetur, &

purgari velimus, expectare dicendus erit; cum non purgetur, nec purgari velimus, nisi suam collata gratia habeat efficaciam?

Neque offici, quod objicit Logicus Molinianus, Deum ex direktione Scientiæ Mediae gratiam largientem, hanc ipsam uti certum edenda conversionis instrumentum imparti. Id quippe non obest, quin hic ipsa hypothesi voluntatem nostram expectare dicatur. Imo cum Scientia Media, futurum sub congruis circumstantiis voluntatis a sensum explorans, eandem non efficiat, sed praedictat tantum pro innata libertate futurum, ut Molina (*Animadver. 21. & 32.*) figmenti auctor, & parentis disertissime proficit: idcirco maxime voluntatem nostram, ut purgetur, purgari velimus, expectare dicendus est Deus, si gratiam, non nisi ex direktione Scientia Media efficaciam impertit. Nec ipsa in tempore certum conversionis nostræ instrumentum est, nisi expedita hominis voluntate, si non nisi ex præviso ab aternitate voluntatis assensu, certitudinem habitura prævisa est. Annon, quædo, Deum voluntatem nostram expectare contendit Ludovicus Molina in *Concordia quer. 14. art. 13. disp. 32. §.* Nonum est, dum ait: *Deus opera nostra bona moralia, quæ a cooperazione libera arbitrii nostri, & non a solo concursu Dei generali pendent, ut existant, vult in primis voluntate conditionata, si, & nos pro nostra libertate ea velimus: eo pacto, quo vult omnes homines salvos fieri, si, & ipsi velimus. Previdens vero, que eorum pro nostra libertate fiat futura, complacet in illis, vultque absoluta voluntate, ut*

Araucanæ Synodi perspecta mens est, si quo capite Semipelagianorum, quos in oculis habuit, fitus est error, paulo penitus observetur. Ille quippe initium salutis, & fidei ita nativis viribus ascribebant, ut tamen ad id versatilem gratiam, ac libertatem nutibus subditam non refugerent. Quocirca lectorum oculis denuo sicutam, quod alias annotavi: fuisse scilicet, post latam etiam in Janfernium damnationem, ac esse etiamnum hodie Theologos prima nota, ac numero multis, (*Genuerum, Contenponium, Salmanticensis, Piccinardum, Massiliensem, &c.*) qui Semipelagianos, aut omnes, aut certe partem illorum alteram, interioris inspirationis gratiam prævenientem, ad initium honorum operum, ac ipsius etiam fidei propagantes dicant, adtrahantque haud levibus argumentis, partim ex Cassiani, Fausti, Gennadii professione, partim ex datis ad Augustinum Epistolis. Ac re ipsa quidem, de Massiliensis ita pronunciat doctissimus Aquitanus: *Nec considerant se gratiam Dei, quam coniuvit non præviatio voluntate meritorum, etiam illis voluntatis subdere, quas ea secundum suamphantiam NON NEGANT ESSE PRÆVENTAS.* Hilarius vero id ab eis summo confessu possum monet, ad nullum opus, vel incipendum, nedum perficiendum, quemquam sibi sufficere posse.

Si quis etiam seposito partium affectu, Augustinum perpendat iis in libris, quies illos exigitavit, compertum habebit, solam illam gratiam ab eis explosam esse, quæ nocere libertati, necessitatem inducere, inutili denique correptionem efficeret videbatur: quæ sane incommoda nequidem per umbras patitur interioris inspirationis gratia, cuius vis, ac potestas ex voluntatis nutu sufficiat. Imo idem illos de initio fidei, ac de finali perseverantia statuisse notat sanctissimus Praeful cap. 17. libri de Dno perseverantia: *Hi initium fidei, & usque in finem perseverantiam sic in nostra constituant potestate, ut Dei dona esse non putent, neque ad hoc habenda, atque retinenda Deum operari nostras cogitationes, & voluntates.*

Porro

Porro Massilienses interioris inspirationis gratiam ad perseverantiam agnoscabant, nec hanc alio sensu in nostra potestate fidem effutiebant, quam quod invincibili, indeclinabili, & insuperabili gratia ab Augustino commendata nobis a Deo dari pernegarent. (*De Corrept.*, & *Grat. cap. 12.*) Quare sanctissimus Doctor *cap. 7.* libri hujus, veram Massiliensem hypothesim fore ait, si primae integratis privilegio homines poterint: quatenus minus adhuc vera fore, si interioris inspirationis gratiam repudient, quam Augustinus in statu innocentiae necessariam agnoscit *libro de Correptione, & Gratia*. Non est hoc, inquit, omnino in viribus liberi arbitrii, quales nunc sunt: fuerat in homine antiquum caderet... Post casum autem hominis non nisi ad gratiam suam Deus voluntate permovere... ut homo non recedat ab eo.

(*Vide Animadv. 21.*) Neque movere quemquam potest, quod passim apud Augustinum, Prosperum, & Hilarium legere est, contendisse scilicet Massilienses, initium fidei a nobis, non ex Dei dono esse, ex libero arbitrio sibi solere, nec illud Deum in nostris cordibus operari, sed ex bono naturae usu proficiat.

Quasi vero in hypothesi gratia interioris, modo versatilis illa sit, libero arbitrio subdita, supponi haec ipsa non possint, ac etiam debent? Certe Augustinus gratiam interiorem Adamo, atque Angelis datum contendit, auxilium videlicet sine quo bonum velle non possent: & tamen has ipsas loquendi rationes usurpat, de Adamo, & Angelis sermonem instituens, ut id unum quod illos efficaci gratia destinatos contenderet, Auxilio nimurum, quo Deus in eis operaretur, ut vellent, *lib. de Corrept.*, & *Gratia cap. II.* Angeli sancti, qui cadientibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi... Quod tunc ita liberum erat, ut bene velle posset, & male, *Capite 10.* Per ipsum liberum arbitrium in veritate steterunt. *Capite 12.* Perseverare, & non perseverare in hominis relinquendis arbitrio. Quid ergo vetat Augustinum, ejusque discipulos, ita de initio fidei iuxta Semipelagianorum hypothesim pronuntiassent, tametsi ii internam ad illud gratiam ponerent, ob id videlicet unum, quod eam libero arbitrio subditum effutirent? Ratio etiam in promptu est.

Cum enim interna inspiratio, Dei dono licet immissa, non nisi versatilis poneretur ab eis, nec ipsa sibi tribueret usum, sed e contrario eum, quantum quantus esset, a libero arbitrio emendaret, a quo indifferentia determinationem, applicationemque fortinet, reliquam erat, ut fidei initium libero arbitrio, ceu primo fonte, atque radice tribueretur. Quamquam in hoc harericti, non essent, sed summe Catholici, quod vellent gratiam ad fidei, & salutis initium necessariam, talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtinere.

Que cum ira fint, ut ad institutum, unde divertimus, redeamus: non ideo Semipelagiani, Deum, ut a peccato purgetur, voluntatem nostram expectare contendeant, quod nulla prorsus inspiratio, & excitatio precederet; sed quod versatilis, & indifferens inspirationis, atque excitationis determinatio, applicatio, & usus a libero expectaret arbitrio. Quare dum oppositum Araucanum Synodus statuit, versatilem, humanique nutibus subditam gratiam explosiva confenda est; eamque ex opposito statuisse, quae nulla prorsus ratione voluntatem expectat, sed intima efficacia sibi faciat consentientem.

Quamquam eti daremus, Semipelagianos gratiam prævenientem etiam versatilem, ad salutis initium pernegasse; eosque primos voluntatis conatus, excipiunt gratia præudentes agnoscisse; ab

insigni sacrae Synodi depravatione excusari non posset Molinianus Interpres, qui id unum laudato Canone (*Pag. 109.*) definitum obtendit; *Deum non expectare, ut ipsius voluntas humana determinet, ad nobis gratiam conferendam.* Quandoquidem nihil eo Canone de prima excitantis gratia collatione decernitur; nec Deus voluntatem nostram nullatenus expectare dicitur, ut sua nos excitante gratia præveniat, sed ut a peccato purgetur, purgarique velimus. Cujus eam rationem assignat, quod illa ipsa, qua purgari volumus, bona voluntas, Spiritus Sancti infusione fiat in nobis. Ut hinc merito colligamus, Deum etiam post excitatum misericorditer liberum arbitrium, consensum ejusdem, ut purgari, & justificari vellet, nullatenus expectare, sed facere: atque ita efficaciam gratia a libera cooperatione, per Scientiam Medium explorata, nullo pacto pendere, sed illi ipsi eff congenitam.

## XXVII.

### LIBELLI SUMMA.

(*Pag. 110. & 111.*) Gratiam se ipsa efficacem extundi non posse ait, ex Concilio Tridentino, *Sessione 6. de Justificatione, Can. 3.* quo tametsi, ut ait, universa Ecclesie doctrina de Gratia præveniente continetur: *Si quis dixerit, sine Spiritu sancti inspiratione, atque adjutorio hominem credere, sperare, aut penitentie posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur, anathema sit.*

### ANIMADVERSO.

Quam multa ex Capitibus, Canonibusque sessionis sextæ Synodi Tridentina a gratia se ipsa efficaciam defensoribus exeruntur, nihil hic articulat enarrare, ut Danielis in iis excutiendis negligenter rideamus. Legat, qui spartam hanc exequi velit, eruditissimi Patris Antonini Reginaldi, de mente Concilii Tridentini circa gratiam se ipsa efficacem, præclarissimum opus. Age tamen, & in uno sextæ sessionis Canone 3. hæreamus.

Ex hoc gratiam se ipsa efficacem facile erui, brevi observatione demonstro. Ubi semel gratia adjuvans, ut ab excitante distinguitur, prævenit voluntatem, se ipsa efficax reputanda est. Quia cum nemo adjuvet, nisi & ipse aliquid operetur, (*hoc enim adjutoris, & adjutoriorum nomen sonat*) fieri nequit, ut gratia adjuvet aliquem, nisi, & is operetur, & agat. Adeoque si gratia se ipsa efficacem, etiam ut ab excitante distincta est, voluntatem re ipsa præveni, haud dubie colligendum, dari gratiam prævenientem, quacum voluntatis operatio certo, & infallibili nexus connectitur: idque ex ipsis adjutoriorum natura, non ex voluntatis afflenti, cum illam ipsum nemus habeat, ut prævenit voluntatem. Id porro gratia se ipsa efficaciam nomine intelligi, novit Daniel. Jam vero non solum excitantem, sed etiam adjuvantem gratiam, prævenientem, & ipsam esse, laudatus Canon diserte significat; dum adjutoriorum non securus ac inspirationem, prævenire hominem statuit, ut credit, speret, penitentiam agat.

At si quid lucis ex verba desiderant, hanc a *Capite 5. eiusdem sessionis* accipiunt, ubi hac ipsa prævenientem gratia doctrina paulo fuisus explicatur. *Declarat præterea sancta Synodus, ipsius justificationis exordium in adulstis, a Dei per Christum Iesum præveniente gratia sumendum esse: hoc est, ab ejus vocazione, qua, nullis eorum existentibus meritis, vocantur, ut qui per peccata a Deo aversi erant, per ejus excitantem, atque adjuvantem gratiam, ad converendum se ad suam ipsorum justificationem.*

## VINDICATA. 537

tionem, eidem gratia libere assentendo, & cooperando disponantur. Quis non hic adjuvantem gratiam, eandem prævenientem vocari videat? In primis enim de gratia præveniente, qua justificationis exordium est, sermonem habens sacra Synodus, Dei vocationem esse docet, qua per excitantem, & adjuvantem gratiam, ad justificationem homines vocat. Secundo homines per excitantem, & adjuvantem gratiam ad justificationem, & conversionem disponi docentur: dispositionem autem præcedere necesse est. Tertio, homines ita per excitantem, & adjuvantem gratiam disponi docentur, ut vi utriusque actum, quo assentiantur, & cooperantur, eliciant. Cooperatio igitur, & assensus, excitantis, & adjuvantis gratia effectus est: quod utique fieri nequit, nisi gratia adjuvans, præveniens & ipsa sit.

## XXVIII.

### LIBELLI SUMMA.

(*Pag. 112. 113. 114.*) Pergit ad Augustinum, in quo ut primum gratiam se ipsa efficacem, & definitionem, & nomem desiderari monuit, observatione dignum ait, Janenium, ejusque discipulos palam proferit, Thomistarum sistema de gratia se ipsa efficacem, hoc est, physicam prædeterminationem ex Augustini mente non esse. Inde confessionem hanc elicet: *gravem subesse rationem, ut gratiam se ipsa efficacem, qualis a Thomistis assertur, Augustini dogma non esse existimemus.*

### ANIMADVERSO.

De primo jam dictum *Animadversione 16.*, & 17. Quod alterum attinet, observatione longe dignum existimo, Theologum Molinianum, Janenii, ejusque defensorum auctoritate certare contra Thomistas, ubi de internoscenda Augustini mente quæstio vertitur. Certe ut suam illam ex præmissa observatione confessionem eliciat, Janenium, ejusque defensores, optimis Augustini interpres habere debet: alias imprudenter sancti Doctoris mentem ex illorum attestatione, atque suffragio colligent. An ergo Danieli placet, ut illos ex titulo, ac nomine habeamus? Id si vellet, vereor ut non satis Societatem suam habeat contentem.

Sed quid lectors suos æquivocis, quid flexibus detinet, & illudit, ut Thomistas a ceteris viætricis gratia defensoribus damnatos efficiant? Duo gratia se ipsa efficacem systemate contineri nemo necit. Alterum, quod Theologici instituti maxime est, ex Scripturis, Concilii, ac Patribus deliberatum: Alterum ad philosophicas institutiones propius attinet. Primum, quo stat Theologici dogmatis summa, gratiam ponit se ipsa ut a Deo est, efficacem, omni, congruentium circumstantiarum consideratione seposita. Atque id nemo verus Augustini discipulus negat. Alterum, quod appendicis initia haberi potest, inquirit, qui fieri tandem possit, ut gratia eo pacto efficax, voluntatis suæ natura indifferens, ac liberæ consensum rapiat, eumque, ut loquitur Augustinus, indeclinabiliter, & insuperabiliter eliciat? Num sola, qua gratia congenita est, delectatione viætrici, an superaddita prædeterminatione aliqua physica, qua passim voluntatis indifferens tollat? Quo capite Thomista ab aliis plerisque Augustini discipulis diffident. Perperam ergo qualcunque illud doctrinæ diffidium exegitat Theologus Molinianus: ut, qui in nonnullis duntaxat Augustinianis systematis appendicibus diffident, in ipsa systematis summa diffidere videant.

*Serry Tom. V.*

tur. Maxime cum, & ipsi gratia se ipsa efficacis oppugnatores graviori inter se diffidio committantur; non civili illo duntaxat, verum etiam domestico; nec oppositi duntaxat systematis appendices, sed ipsam doctrinæ summam petente.

Addam, Janenium, ad quem nos Molinianus Actor provocat vel invitos, physicam prædeterminationem minime fuluisse, sed de variis illius admittendis rationibus disputat. Pro gratia enim physicam prædeterminante decertat, tamquam pro aris, ac focis *lib. 8. de Gratia Salvatoris cap. 3.* cui hunc titulum dedit: *Adjutorium Christi determinat, ac etiam PRÆDETERMINAT PHYSICE voluntatem, ut velit, & ardentes velit, & ex quo capite istud accidat.* Idque vult unum, illius admittendis necessitatem, non ex indifferencia voluntatis, aut sub causarum altiori subordinatione, sed ex una laze, ac fauciata voluntatis infirmitate, juxta Augustini sententiam, derivari.

## XXIX.

### LIBELLI SUMMA.

(*A pag. 115. usque ad 122.*) Duo elidit Augustini loca, ex libro de Gratia Christi perita, quies gratiam se ipsa efficacem adstruant aliqui: primum quidem ex capite 10. defunctum, his verbis: *Sed nos eam gratiam volumus iste aliquando facere, qua futura gloria magnitudo non volum promittitur, verum etiam creditur, & speratur; nec solum revelatur sapientia, verum & amatur, nec suadetur solum omne, quod bonum est, verum & persuadetur...* Hanc debet Pelagiis gratiam confiteri, si vult non solum vocari, sed esse Christianum. Alterum ejusdem ferme sententia ex capite 25. deliberatum: *Definit itaque jam Pelagius, &c. Ex iis scilicet gratiam duntaxat interioris inspirationis, & illuminationis extundi contendit Daniel, quem Pelagianni profecti detrectabant, fola legis, atque doctrinæ gratia contenti.*

### ANIMADVERSO.

Sic sane, qui altissimas, gravissimasque questiones extremis labris attingunt, expedire se laqueo putant. At qui rem totam ab intimis principiis pertinet, haud ita expeditam putant argumenti difficultissimi solutionem. Enimvero, qui eo ad gratiam se ipsa efficacem adstruunt momento nituntur; alterum præmittunt Historia Pelagianna caput, multisque probare fatigunt: nimirum Pelagianno tertio factem, ac quarto erroris statu, illuminationis, & inspirationis gratiam agnoscisse, illosque nihilosecuos ab Augustino, tamquam in lege, atque doctrina herentes fuisse exagitatos, quod is nudas illas illustrations, ac suauities, legis, atque doctrina loco haberet: *juxta illud ejusdem Capitis 10. Ad doctrinam pertinet, cum suadetur omne, quod bonum est.* Quo quidem Magistri principio nixus Prosper Aquitanus, Semipelagianam gratiam in internis certe illustrationibus, ac suauibus positam, tamquam normam legis habentem exsufflat in *Carmina contra ingratis*:

*Non hoc consilio tantum, bortatuque benigno, Suadens, arque docens, quasi normam legis habebet.*  
*Gratia: sed mutans intus, mentem, atque reformans;*  
*Vulgo notum ex fratre fingens, virtute creandi.*

Y y

Hac

Hæc de postrema Pelagianæ sectæ periodo, Clementi VIII., datisque Cenforibus sententia statet, in celeberrimis Auxiliorum Congregacionibus eamque subinde gravissimis tractationibus propagunarunt Thomas de Lemos, Didacus Alvarez, aliisque primis nota Schola Thomistica Professores. Jam si sic est, quis non videat in fumum abire Danielis effugium; aliquid Augustino ipso animo suisse, quam ut illas ipsas a Pelagianis gratias extorqueret, quas ipse postrema erroris periodo fatebantur?

Hoc igitur erat Moliniano Disputatori demonstrandum: Pelagianos postremo erroris agone, nullam internam gratiam agnoscisse, solamque gratiam externam legem, atque doctrinam praedicasse. Erant illi Theologorum alter statutum fundamenta suffodienda, ut supereructi argumenti vim elideret. At tantum laboris, & opera in Theologica tractatione non posuit, ut rem omnem a radicibus rimeret.

Ad hæc, qui Augustini momenta ex libro de Gratia Christi delibera, propositasque ab eo Pelagianæ sectæ Magistris, si Catholicæ esse vellent, fidei professiones urgere solent, eam præcipuo loco habent, quæ Capite 24. exarata est: Legant ergo, & intelligant, insueantur, atque fateantur, non lege, atque doctrina insonane formicent, sed interna, & occulta, mirabiliter, ac ineffabiliter potestate, operari Deum in cordibus hominum non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. Quo ex loco colligunt, gratiam, quæ Deus bonas voluntates operatur in nobis, non a scientia futuri confusus, & circumstantiarum exploratrice, sed a divina omnipotenti, supremo in voluntates imperio certitudinem obtinere; qui gratia se ipsa victricis character est. Evidetur enim tam ineffabilis, tamque mirabilis potestatis esset, runc solum efficaciter hominem vocare, cum capta circumstantiarum opportunitate confirmans haud dubie prævidetur? Provide sapientia dicatur id esse, bene est: at mirabilis, & ineffabilis potestatis, nemo dicit, nisi qui verbis abuti velit.

XXX.

## LIBELLI SUMMA

(A pagina 123. ad 130.) Celebrissimum Augustini locum expendit, ex capite 12. libri de Correptione, & Gratia desumptum: Subveniunt igitur infirmatæ voluntates humanae, ut divina gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur, &c. Eaque deno congerit, quæ in peculiari Divi Augustini Defensione (Defensio de S. Augustin contra M. de Launoy.) commentariis erat, ut undecimum, ac duodecimum libri illius caput, (quæ sanctissimus Doctor, adjutorium quo in statu naturæ lapsæ tam diserte defendit) non de gratia actuali, ad quoslibet pietatis actus necessaria, intelligentium ostenderet; sed de peculiari providentia, quæ electos suos per variis vitæ casus, ad beatum tandem finem perducit.

## ANIMA DIVERSIO.

Toto aberrat ostio Theologus Molinianus: ac quo magis de novo sibi invento gloriatur, ac plaudit, eo majori cura venit exigitandus. Quod ut ego feliciter exequar, falsa à veris, quæ suo illo proculo systemate miscer, caute legeremus.

Certum in primis, Augustinum de gratia perseverantiae fani, ac lapsi hominis ex initio disputatione, & qua parte una ab altera distinguitur, multis ostendere.

Quid plura? Demus Adamum priori tentatio- ne superata, statum perseverantiae, justitiae confirmationem adeptorum suffit: non illico conseqvens foret, filios, ac nepotes, justitiae confirmationem iure natalium habituros. Explicativissima Doctoris Angelici sententia est in 2. Sent. dis. 20. quest. 2. art. 3. ad 5. Si tamen, inquit, concedatur, quod Adam confirmatus fuisse statim post victoriam tentationis, adhuc non sequitur, quod filios confirmatos in justitia genuisset. Quin etiam 1. part. quest. 100. art. 2. probat ex initio, quod pueri in statu innocentia nati, non sussent in justitiae confirmatione. Fuisse igitur illi, quantumvis ab ortu juxti, & innocentes, tentationibus exercendi. Ecquis seiat quot, quantippe, & quam diu? Ingens, quippe temeritatis est, res ex uno Dei nutu pendentes certo statuere, nulla Scripturarum, ac Traditionis accedente suffragant.

Figmentum igitur est longe maximum, cui tota novi systematis moles incumbit: Innocentem hominem ideo tam diversa ad perseverandum gratia egisse, quod hoc ex uno duntaxat actu penderet, quo primam vinceret tentationem.

A vero longius abit, quod tam labili, tamque futili fundamens supererit Theologus Molinianus, de adjutorio, quo perseverant, & salvantur electi, deque gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter agente; quod novem, ut cætera mitam, argumentis evincit.

I. Si homo nulla naturæ infirmitate, nulla carnis corruptione inviatus, originali culpe purus per omnia naceretur; soleque arbitrii libertate, genioque versatili, peccatis admittendis obnoxius, mortalem hanc vitam degeret, quemadmodum fine quiescant; nec ad peculiares pietatis actus pertinere putanda est: nulla igitur peculiari occasione insuperabilem electo fortitudinem tribuet gratia Servatoris; sed ad hoc valebit unice, ut infirmitatem erigit si ceciderit; & ad optimam finem destinato perducat. At perseverantiam, talem, tantamque certis in casibus esse, ut insuperabilem fortitudinem tribuat, Augustini diserta vox est.

